

- 41 Immunitate gaudet, qui captus à familia iudicis ab eius manibus se exemerit, & ad Ecclesiam confugerit.
- 42 Immunitate etiam gaudet, qui, carcere fracto, ad Ecclesiam confugit.
- 43 Immunitate gaudet, qui detentus in carcere, praestito iurejurando de redeundo, exiit de licentia custodis, & confugit postea ad Ecclesiam.
- 44 Immunitate gaudet, qui paratus est ad mortem, vel aliam poenam corporalem evaserit à carcere, vel à manibus satellitum, & locum sacrum ingressus est.
- 45 Immunitate gaudet delinquens ductus ad supplicium per Ecclesiam, vel locum sacrum, à quo invitus extrahendus non est.
- 46 Immunitate gaudet, qui dum confugit ad locum sacrum clausum, manu portas, ansum, vel vinctus apprehendit.
- 47 Immunitate gaudet, qui intra Ecclesiam existens per extensam vestem extrahendus est ab ea, quia ad eam resistendus est.
- 48 Immunitate similiter gaudet, qui ductus ad supplicium habet obviam Cardinalem, cuius pileus purpureus super imponitur capiti delinquentis.
- 49 Sententia particularis Julii Clari.
- 50 Immunitate gaudet confugiens ad personam Principis, vel Regis.
- 51 Immunitate gaudet, qui ad statuum Principis confugit, nisi malitiose confugiat, vel aliud velit consuetudo.
- 52 Immunitate gaudet delinquens ad domum Regiam confugiens, à qua nisi de expresso Regis mandato, vel quia commisit prodicionem extrahendus non est.
- 53 Immunitas non conceditur Nobilibus, seu Dominorum palatii: nisi de consuetudine, vel statuto eis sit concessa.
- 54 Immunitas Palatii Infanzorum in Regno Navarra concessa est.
- 55 Delinquens ad Ecclesiam confugiens non debet regulariter inde extrahi, quantumcumque delictum atrox sit.
- 56 Regula procedens duas exceptiones patitur.
- 57 Casus exceptus regulam in contrarium firmat.
- 58 Text. in Auth. de Mand. Princ. §. Sed neque, vers. Neque, opponitur contra praedicta.
- 59 Text. in dict. Authent. de Mand. Princ. & similes sunt correcti de Jure Canonico.
- 60 Jus Canonicum, & ejus dispositionem circa immunitates consuetudine probari, testatur Faber.
- 61 Text. in cap. Inter alia exponitur circa quaedam verba.

- 62 Discrimen nullum versari inter jus Canonicum, & jus Codicis circa immunitates Ecclesiarum.
- 63 Jus Canonicum, quare correctionem Juris Civiliis circa immunitatem inducere potuit.
- 64 Immunitate non gaudet publicus latro.
- 65 Latro publicus, quis dicatur.
- 66 Immunitate etiam non gaudet nocturnus depopulator agrorum.
- 67 Depopulator nocturnus agrorum quis.
- 68 Immunitate non gaudet publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, si delinquant insidiosè.
- 69 Immunitate quare non gaudeant publicus latro, & nocturnus agrorum depopulator, magis quam alii malefactoris.
- 70 Immunitate etiam simplex non gaudet fur, attentæ consuetudine.
- 71 Simplex fur de Jure immunitate gaudet.
- 72 Simplex fur, si tria, vel plura furta commiserit, immunitate etiam de Jure non gaudet.
- 73 Immunitate etiam non gaudet delinquens intra Ecclesiam.
- 74 Qui Ecclesiam delinquendo offendit, ejus beneficio gaudere non debet.
- 75 Qui ea spe delinquit, ut ab Ecclesia defendatur, ei gravem injuriam irrogat.
- 76 Indistinctè servatur, quod intra Ecclesiam delinquens ab ea extrahatur.
- 77 Necessum est secundum communem, quod qui intra Ecclesiam delinquit spe, & fiducia, quod ab ea defendatur, ut immunitate gaudere non valeat.
- 78 Quando videatur delinquens intra Ecclesiam fiducia, quod ab ea defendatur, deliquisse.
- 79 Delinquens intra unam Ecclesiam, & confugiens ad aliam, ab ea extrahi poterit.
- 80 Consuetudo est apud aliquos, quod delinquens intra aliquam Ecclesiam, si ad aliam confugerit ab ea non extrahatur, licet apud nos contrarium servetur.
- 81 Immunitate non gaudet delinquens graviter intra Ecclesiam, secus, si leviter delinquat.
- 82 Committens delictum grave intra Ecclesiam, non solum quoad illud privatur immunitate, verumetiam quoad alia delicta prius, vel posterius commissa extra Ecclesiam, secundum communem opinionem.
- 83 Quando delictum intra Ecclesiam commissum non fuit punitum, privatur delinquens immunitate etiam, quoad omnia commissa extra Ecclesiam.
- 84 Verius est indistinctè cum Covar. delinquentem intra Ecclesiam gaudere immunitate, quoad alia delicta extra eam commissa.

- 85 Immunitate non gaudet committens adulterium intra Ecclesiam.
- 86 Immunitate etiam non gaudet raptor virginum intra Ecclesiam.
- 87 Immunitate non gaudet surripies Montalem.
- 88 Committens furtum intra Ecclesiam, ejus immunitate non gaudet.
- 89 Hodie committens furtum extra Ecclesiam, non gaudet immunitate.
- 90 Immunitate non etiam gaudet, qui committens furtum extra Ecclesiam, cum re furtiva ad Ecclesiam confugit.
- 91 Mutatione jurisdictionis novum furtum committitur.
- 92 Verius videtur, quod qui cum re furtiva confugit ad Ecclesiam, ab ea non extrahatur de Jure.
- 93 Ecclesia non habet territorium, & qui ad eam confugit cum re furtiva, extrahitur de consuetudine.
- 94 Delinquens prope Ecclesiam, vel Coemeterium delibere, non gaudet ejus immunitate.
- 95 Qui spe absolutionis consequendæ virtute indulgentiarum peccat, ex earum vi non potest absolvi, si virtute, & confidentia earum movetur ad peccandum, in quo aliis non peccaret.
- 96 Apud Lusitanos, utcumque quis prope Ecclesiam delinquit, ab ea extrahitur.
- 97 Qui existens intra Ecclesiam percussit existentem extra, non gaudet immunitate.
- 98 Existens intra Ecclesiam, si mandavit delictum committi extra eam, & agatur de delicto commissio in mandando, non gaudet immunitate.
- 99 Existens extra Ecclesiam percussit existentem intra eam aliquo jactu, vel alio modo, non gaudet immunitate.
- 100 Existens extra Ecclesiam, qui mandavit percussit existentem in Ecclesia, si de mandato agatur, immunitate non gaudet.
- 101 Qui per vim extrahit in Ecclesia existentem, & eum percussit, non gaudet immunitate.
- 102 Qui mandavit alicui extrahere existentem in Ecclesia, & postea percussit, non gaudet immunitate, quantum ad delictum commissum in mandato.
- 103 Sacrilegus non gaudet immunitate.
- 104 Sacrilegus quis dicatur.
- 105 Sacrilegium committens in Ecclesia non gaudet immunitate, secus si extra eam.
- 106 Infidelis confugiens ad Ecclesiam propter delictum commissum, non gaudet immunitate.
- 107 Dna communes opiniones componuntur.
- 108 Hereticus non gaudet immunitate.
- 109 Apostata, hoc est, renegado, immunitate non gaudet.
- 110 Blasphemus Dei, & Virginis Mariae non gaudet immunitate.
- 111 Maleficus percussit imagines, & mala sacrificia faciens non gaudet immunitate.
- 112 Excommunicatus, interdicitus, & suspensus gaudet immunitate, secundum communem sententiam.
- 113 Occidens aliquem proditoris, & insidiosè non gaudet immunitate.
- 114 Verus sensus cap. i. de Homic.
- 115 Homicida proditorius, & alevosus quis dicatur.
- 116 Text. in cap. i. de Homic. optimus, ad hoc quod proditor est, qui per insidiosam industriam alium occidit.
- 117 Qui offendit inimicum suum à tergo, & alevosè, non est proditorius, homicida, secundum Bart. & alios.
- 118 Qui inimicum suum à tergo, & alevosè per industriam insidiosam occidit, proditorem esse, defendit Covarr. contra Bartol. cujus opinio leg. Regia improbat.
- 119 Prædicta Bart. & Covarr. & legis Regie opiniones qualiter componat Ant. Gomez.
- 120 De Jure Regio, etiam inimicum inimicum suum securè offendens, proditor, & alevosus est.
- 121 Occidens veneno non gaudet Ecclesie immunitate.
- 122 Homicidium veneno commissum dicitur mors secuta.
- 123 Occidens patrem, vel pater occidens filium, non gaudet immunitate.
- 124 Ducens aliquem insidiosè ad locum ubi occidatur, non gaudet immunitate.
- 125 Socius consocium in itinere occidens, non gaudet Ecclesie immunitate.
- 126 Vulnerans aliquem proditoris animo occidendi, etiam morte non sequuta, non gaudet immunitate.
- 127 Vulnerans proditoris, absque animo occidendi, gaudet immunitate.
- 128 Animus occidendi, vel non occidendi ex instrumento percussoris deprehenditur.
- 129 Apud Lusitanos vulnerans proditoris, sive animo occidendi, sive non, immunitate non gaudet.
- 130 Qui ex deliberatione animi ex intervallo, post repentinum ira motum, absque prodicione aliquem occidit, non gaudet immunitate, secundum unam communem opinionem.
- 131 Homicidam ex proposito, & deliberatione, absque prodicione, gaudere immunitate Panormitanus tenuit, quamquam plurimi

bie relati sequantur contra supradictam communem, hanc etiam communem, & veriorum credentes.

132 Homicida simplex, qui casu, culpa, vel dolo, nulla animi deliberatione procedente, aliquem occiderit, immunitate gaudet.

133 Assassinus immunitate non gaudet.

134 Assassinus dicitur, qui precio quocumque aliquem occidit, vel percussit.

135 Text. in cap. 1. de Homic. in 6. intelligitur in his, qui hominem Christianum, etiam si mandatarii Christiani sint, mandant occidi per homines ad id pecunia conductos.

136 Crimen assassinatus dicitur, tam quoad mandantem, conductoremve, quam quoad mandatarium, & locatorem.

137 Crimen assassinatus gravissimum est, ut patet ex eo, quod major poena imponitur femine, que ob pecuniam, sumpto potu, infantis nondum animati abortum fecit, quam ei, que absque pecunia, & mandato cum fecit.

138 Assassini secundum Covarr. & alios dicuntur, qui aliquem Christianum occidunt opera quorundam, qui proprio nomine ita appellantur, & in his intelligendus text. dict. cap. 1. de Homic. in 6.

139 Assassini sunt quidam infideles, qui subsunt Principi infideli, qui ab eo ita edocti sunt, ut facillime occidant quos ille iusserit occidi, &c. & si de his intelligatur text. in dict. cap. 1. non gaudent immunitate.

140 Qui secundum communem dicuntur assassini, si proditorie simul fecerint, non gaudent immunitate, nec mandans, & receptor.

141 Clerici, & Religiosi de consuetudine non gaudent immunitate.

142 Raptor virginum secundum veriorum opinionem immunitate gaudet.

143 Concremator Ecclesia non gaudet immunitate.

144 Spoliator Ecclesia per vim, non gaudet immunitate.

145 Destructor, vel frangens portas Ecclesie non gaudet immunitate.

146 Transfuga non gaudet immunitate, secundum Bart. & Mant. licet contrarium Boer. & Navar. sustineant.

147 Exul per iudicis sententiam, que transit in rem iudicatam, non gaudet immunitate; sed contrarium verius.

148 Qui se iniuste in Ecclesia defendit, non gaudet immunitate.

149 Qui arma prohibita intra Ecclesiam habuerit, quoad ea non gaudebit immunitate, quibus a iudice laico privari poterit.

150 Validum argumentum de tempore ad locum.

151 Expresso iure Regio extat decissum, quod debitor pecuniarius non gaudeat immunitate.

152 Debitor pecuniarius de iure Communi gaudet immunitate.

153 Etiam stante statuto, quod debitor possit capi, & tradi creditoribus, gaudebit immunitate, ut ab Ecclesia non extrahatur.

154 Non datur verum jus servitutis creditori in debitorem.

155 Debitor obnoxius publicis tributis non gaudet immunitate: sed contrarium verius resolvitur de iure Communi.

156 Mercator, & campfor versuram facientes, & creditores suos fallentes, immunitate non gaudent Ecclesia, ad quam confugiunt.

157 Navar. credit, campfores fallitos gaudere immunitate, licet proculdubio eorum bona in Ecclesiis abscondita extrahenda sint, ut inde creditoribus fiat satis.

158 Obligatus ad ratiocinia non gaudet immunitate, secundum Remigium; sed gaudet secundum Navar. Auctor tamen, ut in precedenti casu resolvit.

159 Servus immunitate non gaudet, cum distinctione, de qua hic.

160 Servus confugiens ad Ecclesiam, ut ingreditur religionem, intra triennium repetitus a domino, ei restituendus est, cautione prestata de eo non offendendo.

161 Servus confugiens ab Ecclesia, propter magnam sevitiem domini, gaudet immunitate, ad hoc ut dominus compellatur eum vendere: si vero propter levem, erit extrahendus ab Ecclesia, & domino restituendus, prestata cautione a domino, quod eum non puniet.

162 Servus confugiens ad Ecclesiam propter delictum puniendum a iudice, gaudet immunitate, sicut quilibet liber homo.

163 Effractor carceris non, gaudet immunitate; sed contrarium praxis observat.

164 Relaxatus a carcere, prestato iuramento de redeundo, non gaudet immunitate, secundum aliquos: sed verius est, quod gaudeat.

165 Qui existens in loco sacro voluntario exiit ab eo, captus non erit restituendus.

166 Qui verbis dolosis inductus a iudice exiit ab Ecclesia, non est ei restituendus, secundum plures; sed contrarium verius esse, hic apparet.

167 Qui existens in Ecclesia ab ea exiit propter errorem incussum a iudice, vel ejus familia: si capiatur restituendus est: & ita verius resolvitur.

168 Qui de mandato Papa extrahitur ab Ecclesia per iudicem Ecclesiasticum, non gaudet immunitate.

169 Laicus Clericum occidens, & ad Ec-

clesiam confugiens non gaudet immunitate.

170 Verius resolvitur, laicum occidentem Clericum gaudere immunitate.

171 Immunitas locis sacris concessa est, & non personis.

172 Evellens limites non gaudet immunitate.

173 Executem ab Ecclesia propter metum famis immunitate gaudere, verius est.

174 In casibus, in quibus confugiens ad locum sacrum immunitate gaudet, nec Ecclesia obfideri, nec alimenta denegari debent.

175 Immunitatem Ecclesia violat, qui alimenta denegat confugiens ab Ecclesia, nec consuetudine excusatur.

176 Ecclesia de bonis propriis alimenta ministrat confugiens ab eam, nec bona habentibus, nec victum manibus propriis quarere valentibus.

177 Confugiens ab Ecclesia non debent vincula ibi injici.

178 Vincula ab utroque iudice Ecclesiastico, & Seculari sunt injicienda confugiens ab Ecclesia, interim, quod terminatur questio, an confugiens gaudere debeant immunitate Ecclesie.

179 Iudex a syndicato recedens, & ad Ecclesiam confugiens propter delicta de quibus accusatur, vel propter as alienum, immunitate gaudet, juxta veriorum opinionem Auctoris contra Putcum, & Avilesum.

180 Si constitutio loquens in materia juris Communi, aliquos casus excipit, non firmat per hoc regulam in contrarium in non exceptis, imo in eis suppletur per Jus Commune.

181 Cognito, aliquem non gaudere immunitate Ecclesie, ab ea extrahi poterit impugnetur per Secularem iudicem.

182 Iudex Secularis poterit appellare a censuris illatis per Ecclesiasticum, contra eum iuste extrahentem aliquem ab Ecclesia.

183 Iudex Secularis, quando appellat a censuris contra se illatis, iuste extrahentem aliquem ab Ecclesia, protestetur auxilium Regiam, quod vim patientibus impartitur, si sibi denegata fuerit appellatio modo, & forma de qua hic.

184 Causa incarcerati est pia.

185 Delinquente capto, ejus confessio statim recipienda, & antequam recipiatur monendus est custos carceris, ne aliquem cum aliquo alloqui patiatur.

§. TERTIUS.

DE DELINQUENTIBUS AD ECCLESIAM CONFUGIENTIBUS.

Sæpe contingit, quod prius quam delinquens personaliter capiatur, ad Ecclesiam confugit: quandoque postquam a familia captus est, se ab ea eximit: quandoque vero postquam in carceribus detentus est, effractis carceribus, ad Ecclesiam confugit, pro immunitate ejus consequenda, & Iudex Secularis tunc vult eum extrahere, & ex diverso Ecclesiasticus Iudex delinquentem defendit, censurisque Ecclesiasticis adversus Secularem procedit, ut immunitas incolumis servetur Ecclesie. 1. Et quia generaliter immunitas concessa est templis ob reverentiam, & honorem, locis sacris Divino cultui dicatis debitum, ut ad ea confugiens inviti non extrahantur, nisi in quibusdam casibus exceptis: idcirco opportunè præcibendus erit ordo à iudicibus observandus in extrahendis delinquentibus ab Ecclesia, nempe; 2. quod quando notorie constiterit, delinquentem ad Ecclesiam confugientem gaudere non debere immunitate Ecclesie, Iudex Secularis tunc poterit illum extrahere, nulla licentia Episcopi, vel Rectoris Ecclesie petita; nam cum Ecclesia non teneat illum, nulla injuria ei irrogatur, ita firmat Capella Tolosana, (a) & ita in praxi receptum esse, testatur Covarruvias; (b) tamen contrarium teneant plures DD. relati à Covarruvia. (c)

3. Quando vero dubitaretur, an delinquens ad Ecclesiam confugiens deberet gaudere ejus immunitate: tunc prius quam Secularis Iudex velit eum extrahere, cognoscendum erit ab utroque Iudice Ecclesiastico, & Seculari, an delinquens gaudere debeat immunitate Ecclesie: & interim quod articulus ista deciditur, erunt vincula injicienda delinquenti intra Ecclesiam ab utroque Iudice, quod ita de consuetudine in aliquibus locis receptum esse, testatur Joann. Igneus. (d) 4. Alioquin de iure confugiens ad Ecclesiam, non debet ibi nervis, compedibus, aut catenis ligari nam esset contra Ecclesie libertatem, ut probatur in leg. Presenti, Cod. de Iis, qui ad Eccles. confug. & in cap. Diffiniit 17. quest. 4. & in leg. 2. tit. 11. Part. 1.

In

(a) 412. Boer. in dec. 110. Remig. de Gony in Tract. de Immunitate Ecclesiarum, quest. 1.

(b) Lib. 2. Variar. cap. 20. n. 18. & Avend. de Exeq. mand. Regum, 1. part. cap. 22. n. 9. & Jul. Clar. lib. 5. Receptorum, §. fin. quest. 30. n. 20.

(c) Ubi supr. & ab Anton. Gom. 3. tom. Variar. cap.

10. n. 2. in fin.

(d) In Reper. leg. 1. in princ. col. 3. ff. Ad Silan. Remig. in dict. Tract. quest. 5. Covar. in dict. cap. 20. n. 17. vers. Tricesimo primo, & communiter omnes ex Jul. Clar. lib. 5. Recept. §. fin. quest. 30. n. 21.

5. In aliquibus tamen locis non injiciuntur vincula delinquentibus intra Ecclesiam stantibus, sed Ecclesia positis custodibus obsequatur, donec a iudicibus terminetur, an delinquens gaudere debeat immunitate Ecclesie, & hoc magis frequentatur: 6. quod etiam de consuetudine procedit: nam de *jure* Ecclesia obliuisci non debet, ut probatur in dict. leg. *Præfenti*, & in dict. cap. *Diffinitio*, & in dict. leg. 2. tit. 11. Part. 1. quæ jura intelligi poterunt, quando constaret, delinquentem debere gaudere immunitate Ecclesie; tamen, quando dubitaretur, interim custodes poni poterunt, ne delinquens inde exeat, donec causa decidatur; 7. dummodo victus, aut requies ei non denegetur. (e)

8. Et quod uterque Judex simul cognoscere debeat, & terminare prædictum articulum, firmant Igneus, Remigius, Covarruvias, Julius Clarus: & reliqui DD. ubi supra, & probatur ex eo, quod si ab utroque Judice injicienda sint vincula, & custodes ponendi, interim quod causa decidatur, sequitur inde, 9. quod cum sint Judices causæ præparantis, debeant etiam esse Judices causæ præparatæ, secundum Glossam, (f) 10. & si Judices unanimiter determinent, delinquentem non gaudere immunitate Ecclesie, tunc extrahendus erit; 11. cavebit tamen Judex Ecclesiasticus, ne delinquentem tradat Judici Seculari, sed dissimulet, vel toleret quod eum Secularis extrahat.

12. Si verò Judices fuerint discordes in determinatione hujus articuli, tertius ab eis eligendus erit: (g) 13. si tamen prædicti Judices noluerint tertium eligere, compellendi erunt per Superiorem ad illum eligendum, vel Superior illum dabit: (h) 14. & tunc ad eundem erit Superior illius Judicis, qui dignior fuerit, ut patet, si unus est Ordinarius, & alter Delegatus Principis, erit recurrendum ad Principem, quia Delegatus Principis potentior, & dignior est Ordinario: (i) nam magis dig-

(f) Secundum Greg. Lup. in dict. leg. 2. verb. *Cercario*.
 (g) In cap. *Parochianos*, de *Sent. excomm.* & ibi Felin.
 & eundem Felin. in cap. *Cum sit generale*, col. 5. de *For. comp. Perul.* in cap. fin. col. 3. de *For. comp.* in 6. & Dec. in Rubr. *Extra de Jud. n. 2.*
 (h) Argum. text. in leg. *Offenditis*, Cod. de *Appell.* & ibi notat Bartol. & Felin. post Panorm. & alios in cap. fin. de *Re judic.* col. 2. verbi *Prima declaratio*, & Jass. in leg. *Si duo judices*, & in leg. *Inter pares*, ff. de *Re judic.*
 (i) Argum. eorum, quæ notantur à gloss. & DD. in cap. *Supplicium*, de *Offic. Deleg.* & in cap. *Cum speciali*, §. 1. de *Appell. text.* in leg. *Item si unus*, §. *Principaliter*, ff. de *Arbitr.*
 (j) Ut in cap. *Sanè*, de *Offic. Deleg.* & in cap. *Pastoralis*, §. 1. de *Offic. Ordin.* & ita docet Bartol. in dict. leg. *Si duo*.
 (k) Ut cap. 1. de *Confer. Eccl.* lib. 6. & notat gloss. &

num trahit ad se minus dignum, (j)

Sed si prædicti Judices fuerint ambo Ordinarii, puta Judex Regius, & Ordinarius Ecclesiasticus, tunc recurrendum erit ad Regem, vel ejus Consilium: nam Judex Regius Ordinarius potentior est Ordinario Ecclesiastico; (k) tamen si unus esset Ordinarius Ecclesiasticus, & alter Ordinarius alicujus Domini temporalis, qui ponit Judicem Ordinarium in sua Villa, vel Loco, tunc in hac discordia recurrendum erit ad Superiorem Judicis Ecclesiastici, quia Ecclesiasticus est dignior, & major tali Domino habenti jurisdictionem ordinariam: (l) & si in illo loco non fuerit Judex Ordinarius Ecclesiasticus, sed Secularis tantum, tunc delinquens custodiendus erit à Rectore, vel Vicario illius Ecclesie: qui Rector vel Vicarius statim consulere debet suum Superiorem. Et si in illo loco, nec Ecclesiasticus, nec Secularis Ordinarius fuerit, ut in Locis Ruralibus, ubi tantum sunt Jurati, tunc ab illis Juratis, & à Rectore Ecclesie delinquens erit custodiendus, & statim uterque debet consulere suum Superiorem. At verò, si ambo Judices fuerint discordes in sententia lata, quia de facto tulerunt sententias contrarias, tunc videtur servanda regula text. in cap. fin. de *Re judic.* cum suis fallentiis, scilicet, quod valeat sententia in favorem rei lata. Sed quia in hoc casu ex una parte versatur favor Reipublice, & ex altera favor Ecclesie, & non apparet quis sit actor, vel reus, tunc utraque sententia pendet à confirmatione Superioris, secundum Bartolum. (m)

15. Et si interim Judex Secularis de facto, vel absque aliqua discussione, an delinquens gaudere debeat immunitate, illum extraxerit; tunc Ecclesiasticus Judex illum repetet, & suis censuris adversus Secularem procedet, secundum Panormitanum. (n) Nec talis extractio justificari poterit ex subsequenti cognitione: 16. nam Ecclesia spoliata ante omnia erit restituenda. (o) Nec tunc Clerici poterunt armis de-

ibi Panorm. in cap. *Quod in dubiis*, de *Confer. Eccl.* & facit text. in cap. *Per duo*, de *Hæret.* lib. 6. Felin. notat in cap. fin. de *Re jud.* col. 2. verbi *Quarta declaratio*, & Jass. in dict. leg. *Si duo*, col. fin. verbi *Extra glossam*.
 (k) Ex rationibus allegatis per Bartol. in dict. leg. *Si duo*.
 (l) Ut in cap. *Soluti*, de *Majorit. & obed.*
 (m) In dict. leg. *Si duo*, & Felin. in cap. fin. de *Re judic.* verbi *Secunda declaratio*.
 (n) In cap. *Inter alia*, n. 26. de *Immun. Eccl.* post Bartol. in dict. leg. *Præfenti*, per text. in cap. *Miror*, 17. quest. 4. Clavarium in Summa, verb. *Immunitas*, verbi *Quæro*, column. 4. & Sylvest. in Summa, verb. *Immunitas*, 3. quest. 7.
 (o) Juxta text. in cap. *Conquerente*, & in cap. *Item cum quis*, de *Restit. Spoilati*. & resolvit Remig. ubi supr. in quest. fin. *...*

defendere delinquentem ad Ecclesiam confugiendum, ne de facto extrahatur: sed tantum censuris Ecclesiasticis erit defendendus. (p) Et tunc Judex Secularis, tanquam violator immunitatis Ecclesie, puniendus erit, si delinquentem, absque prædicta discussione, vel ea pendente, delinquentem invirum ab Ecclesia extraxerit: de *jure* enim *Civili* erit puniendus, tanquam committens crimen læsæ Majestatis; (q) de *jure* verò *Canonico* puniendus erit excommunicatione, & poena pecuniaria triginta librarum argenti purissimi, & imponenda erit sibi poenitentia publica, neque absolvendus erit, donec extractum delinquentem Ecclesia restituat. (r) Verum tamen est, quod prædicta poena pecuniaria triginta librarum hodie ab Ecclesia non exigitur, quia per desertudinem Ecclesia perdidit jus eam exigendi, ut firmat Glossa. (s) Unde ut Judices Seculares, & Ecclesiastici facilius intelligant, quando immunitas Ecclesie sit servanda ad eam confugiendum, & quando licitum sit reos extrahere ab Ecclesia, quandoque violatores Ecclesiasticæ immunitatis dicantur: opere prædictum duximus in præfenti resolvere, quæ immunitas concessa sit delinquentibus ad Ecclesiam confugiendum, & quæ loca prædicta immunitate gaudeant, & in quibus casibus ab eisdem extrahi inviti possint delinquentes.

17. Quoad primum dicendum erit, quod duplex immunitas concessa est delinquentibus ad Ecclesiam confugiendum, una, ut non possit delinquens inde extrahi: altera verò, quod licet inde non fuerint violenter extracti, sed voluntarie exierint, vel sponte à Prælatis Ecclesie fuerint traditi Judicibus Secularibus, non tamen ex illo delicto amplius erunt condemnandi ad mortem, vel ad aliam poenam corporalem, seu corporis afflictivam: sed tantum erunt pecuniariter puniendi, & cogendi ad poenitentiam, & ad aliam satisfactionem fa-

ciendam. Quæ duplex immunitas delinquentibus conceditur per text. in cap. *Inter alia*, de *Immunitat. Ecclesiar.* in illis verbis, ibi: *Noni est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad poenam, &c.* (t) Et ratio est, quia ex eo quod delinquentes ad Ecclesiam confugerunt, statim consequuti fuerunt ejus immunitatem. (u)

Quam tamen conclusionem intelligendam veram esse, exilimo in delinquentibus ad Ecclesiam confugiente, qui gaudere debebat ejus immunitate: tunc enim, si voluntarie extrahatur casu, quo invirus non erat extrahendus, puniendus non erit ad mortem, vel ad poenam corporalem, sed Judex Secularis præstabit juramentum, & cautionem de vita, & membris ejus servandis, ut inquit text. in dict. cap. *Inter alia*. Cæterum si delinquens confugiens ad Ecclesiam non deberet gaudere ejus immunitate, imò posset licite ab ea extrahi, si extrahatur, vel sponte tradatur, bene puniri poterit poena mortis, & alia corporis afflictiva: ita prædictam conclusionem intelligit Castaneus. (x)

18. Pro qua interpretatione expendo text. in dicto cap. *Inter alia*, quatenus text. ille inquit, quod in illis duobus casibus exceptis, delinquens potest extrahi ab Ecclesia, impunitate non præstita à Judice Seculari: ergo idem juris erit in reliquis casibus, in quibus delinquens non gaudet immunitate Ecclesie, sed adversus hanc secundam immunitatem concessam delinquentibus ad Ecclesiam confugiendum obstat, quod, attento omni Jure Divino, Naturali, & Humano, poena commensurari debet delicto, ut constat Deuter. cap. 25. ibi: *Pro mensura peccati erit, & plagarum modus*. Et lege etiam Mosaica cautum erat: *oculum pro oculo, dentem pro dente in poenam eruentium esse*. (y) Ergo videtur, ad quod prædicta immunitas delinquentibus ad Ecclesiam confugien-

(p) Per text. in cap. 1. de *Offic. Deleg.* & in cap. fin. de *Rebus Eccl.* non alienandi, & in cap. *Dilectus*, de *Penis*, & in cap. *Ex parte 1.* de *Verb. signific. tradit Collectarius in dict. cap. *Inter alia*, & Remig. ubi supr. quest. 11.
 (q) Ut in dict. leg. *Præfenti*.
 (r) Juxta text. in cap. *Miror*, & in cap. *Si quis contumax*, & in cap. *Quisquis* 17. quest. 4. & tradit Panorm. in cap. penult. col. fin. de *Immunit. Eccl.* sequitur Mainer. in leg. *Nemo*, de *Domo*, ff. de *Reg. jur.* Joan. Igneus in Repert. dict. leg. 1. fol. 14. ff. *Ad Silan.* & Remig. ubi supr. quest. 9. & probat leg. 4. tit. 11. Part. 1. & ibi notat, & sequitur Gregor. Lup. in gloss. fin. quæ poenas in prædictis canonibus lætatas, innovat Concilium Tridentinum, sess. 25. de *Reform.* cap. 20.
 (s) In cap. *Cum multa*, verb. *Consubio* 15. quest. ult. recepta ab Angel. de Castr. inter consilia Pauli de Castr. conf. 438. circa finem lib. 2. & Jul. Clar. in dict. quest. 3. o. n. 1.
 (t) Ex quo text. ita notant communiter omnes secundum Panorm. ibi n. 8. citantem ad hoc glossam ibi, verb. *Puniendus*, & gloss. in cap. *Remo* 17. quest. 4. & eandem conclusionem tenent communiter omnes ex Ang. in Summa, verb. *Immunitas*, n. 16. Sylvest. in Summa, verb. *Immunitas*, 3. verbi 4.
 (u) Ut probatur in cap. *Id constitimus* 17. quest. 4.
 (x) In Consuetud. Burgund. tit. *Des Justices*, §. 5. verbi *Decimo sexto*, cal. 54. & sequitur Remig. ubi supr. à quest. 3. in fin.
 (y) Ut constat Exod. cap. 21. & leg. XII. Tabularum, tit. de *Injuriis*, dicebatur: *Si membrum ruperit memum epato talio esto*. Lege etiam Divina constat, etiam hoc statutum esse, ut Genes. cap. 9. Levit. cap. 24. Numer. cap. 25. Math. cap. 26. *Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Et habetur in cap. *Duo isti* 23. quest. 4. Lege etiam humana idem cautum est, ut in leg. 3. Cod. de *Episcop. audient.* in leg. *unic.* Cod. de *Rapin. virg.* in leg. 3. §. *Legis*, ff. *Ad leg. Cornet.* de *Sicr.* & in leg. 17. tit. 8. Part. 7.*

tibus concessa (ut si ex inde violenter extrahantur, vel voluntarie exeant, seu sponte à Prælati tradantur, non debeant ad mortem, vel ad aliam poenam corporis afflictivam condemnari) contraria sit omni juri.

Quomobrem pro solutione hujus difficultatis dicendum erit cum Aristotele, lib. 5. Ethicorum cap. 5. quòd licet exacte proportionè observata seclera delinquentium punienda sint, juxta mensuram, & qualitatem criminis; non tamen id semper observare convenit Republicæ; 19. sed potius poena erit constituenda juxta proportionem delicti; attenda qualitate injuriam inferentis, & ejus cui fuerit illata, ut puta, si magistratum quis gerens inique percussit alterum, non erit percutiendus; & si quis percussit gerentem magistratum, non tantum percutiendus erit, sed etiam majori poena afficiendus: hæc Aristoteles, cui consentit D. Thomas. (z). Ac proinde conveniunt à jure fuit concessa prædicta immunitas propter honorem Templis sacris exhibendum, ut ad ea confugiens, si voluntarie exierit, vel violenter extrahantur, aut sponte à Prælati tradantur, damnandi non sint ad mortem, nec ad aliam poenam corporalem, ut probatur in dict. cap. *Inter alia*.

21. Hæc tamen secunda immunitas, prout supra intelleximus, licet de jure procedat, in usu, & praxi hodie non recipitur, nec in Hispania observatur; imò si confugiens ad Ecclesiam voluntarie exierit, vel sponte à Prælati traditus fuerit, aut per vim licite extractus fuerit, damnari poterit ad mortem, vel ad aliam corporalem poenam, prout testatur Boerius. (a) 22. Unde hodie solum remanet prima immunitas, nempe quòd delinquens ad Ecclesiam confugiens, invitus non sit inde abducendus, quantumcumque grave crimen perpetraverit. (b)

23. Et ratio quare hæc immunitas fuit concessa sacris Templis est, propter honorem, & reverentiam, quæ locis sacris Divino cultui dicatis debetur, & propter charitatem, & pie-

(z) 2. 1. quæst. 61. art. 4. & quæst. 68. art. 4. & late prosequitur Covarr. lib. 2. Variar. cap. 9. n. 2.
(a) Decis. 109. n. 8. Remig. ubi supr. quæst. 3. in fin. & Jul. Clar. in dict. §. fin. quæst. 30. n. 1. in fin.
(b) Ut probat text. in dict. cap. *Inter alia*; & in cap. *Reun.* & in cap. *Miror.* & in cap. *Constituit.* & in cap. *Definitio* 17. quæst. 4. & in leg. 2. tit. 11. Part. 1. & in leg. 2. & 3. tit. 2. lib. 1. Recop. & notant omnes frequentissime ex Covarr. lib. 2. Variar. cap. 20. n. 6. vers. 7. & pro regula ponit Remig. in Tract. de Immunit. Ecclesiar. & Didac. Perez in leg. 6. tit. 2. gloss. 2. lib. 1. Ordinam. Antoni. Gom. 3. tom. Variar. cap. 10. n. 1. & est communis omnium doctrina, secundum Jul. Clar. lib. 5. Recop. §. fin. quæst. 30. n. 1.

tatem proximi, ut refugium, & tutamen loca sacra præstarent miseris, qui fragilitate humana, aut casu in aliquod crimen incurrisserit, secundum Joannem Vilschis; (c) à qua tamen regula plures casus excipiuntur, in quibus reus delinquens gaudere non debet immunitate Ecclesiæ, de quibus dicemus infra in tertio membro. Nunc autem de secundo membro agendum erit.

24. Quoad secundum, nempe, quæ loca sacra prædicta immunitate gaudere debeant, ut ad ea confugiens non sint inde abducendi, dicendum erit, quod nedum Ecclesia, in quibus servatur continuè Sanctissimum Eucharistia Sacramentum, & Divina Ministeria celebrantur, gaudere debent prædicta immunitate, ut in prædicto cap. *Inter alia*, cum similibus probatur, verum etiam Ecclesia nondum consecrata, & in quibus Divina officia non essent celebrata, gaudere debent prædicta immunitate, dum tamen auctoritate Superioris prædictæ Ecclesiæ fuerint fundata, ut probat text. sic intellectus in cap. *Ecclesie*, de *Immunit. Eccles.* (d) tamen Glossa in dict. cap. *Eccles.* requirit Divinorum officiorum celebrationem per textum illum ibi: *In qua divina ministeria celebrantur* (e) quæ verba, substituendo prædictam communem intelligentiam, sunt exponenda, idest, *celebrari possunt*, secundum Panormitanum, (f) qui tandem concludit, hæc in re standum esse consuetudini; (g) 25. nam in hac materia immunitatis concessæ sacris templis plurimum sunt observandæ consuetudines: 26. oportet enim reprimere audaciam eorum, qui hac immunitate freti crimina passim committunt; alioquin de facili crimina committerentur, & esset contra mentem eorum, qui prædictam immunitatem sacris locis præstiterunt, non ut essent refugium, & spelunca latronum, sed ut præstarent tutamen miseris, qui fragilitate humana, aut casu in aliquod crimen incurrisserit, secundum Covarruviam. (h)

27. Pari modo eadem immunitate gaudet Hof-

(c) In Tract. de Immunit. Ecclesiar. col. fin. vers. Trigesimo secundo quarto. Remig. Covar. & Jul. Clar. in locis supr. proxime citatis.
(d) Ut probat text. in Auth. de *Monach.* in prin. Col. lat. 1. & in cap. *Quidem* 18. quæst. 2.
(e) Ut probatur in dict. cap. *Ecclesie* in sui ratione.
(f) In cap. 1. verb. *Exempto*, de *Privileg.* lib. 6. & ita expressè resolvit Remig. ubi supr. ampliat. 3. n. 11.
(g) Et in cap. *Cam Ecclesie*, eodem tit. ubi gloss. verb. *coemeterio*, inquit, coemeterium gaudere eodem privilegio, quo Ecclesia, & idem probat text. in cap. *Quisquis* 17. quæst. 4. & facit text. in cap. *Utrius*, & in cap. *Is cui*, de *Sent. excom.* lib. 6. & ita cum pluribus DD. ab eo relatis resolvit Remig. ubi supr. ampliat. 4. n. 9. vers. His non obstantibus.
(h) In dict. cap. 20. n. 4. & Jul. Clar. in dict. quæst. 30. n. 1. vers. Scias autem.

Hospitale auctoritate Episcopi constructum, secundum Archidiaconum: (i) 28. nam ex eo quòd Hospitale fuit auctoritate Episcopi constructum, religiosum fuit effectum, nec ad usus humanos reddere potest, (j) prædictaque immunitate gaudere debet. (k)

29. Similiter Eremita, & Oratoria constructa auctoritate Episcopi gaudent prædicta immunitate, secundum Hostiensem, & Panormitanum: (l) qua in re standum erit consuetudini; (m) 30. non tamen idem dicendum erit de Oratoriis privatis, licet ibi Divina officia celebrentur: nam cum non sint auctoritate Episcopi edificata, ad voluntatem domini domus hodie erit Oratorium, & cras Camera. (n)

31. Similiter Monasterium eadem immunitate gaudet: nam cum constructum non possit sine auctoritate Episcopi, (o) consequitur, locum religiosum esse, Divinoque cultui dicatum, ac persequens gaudere debere prædicta immunitate. (p) Quinimo omnia contenta intra septa, & ambitus Monasterii, & quæ una clausura clauduntur, ut puta, dormitorium, refectorium, claustrum, horti, atria, & aræ prædictæ immunitate gaudet: nam hæc omnia appellatione Monasterii veniunt, secundum Glossam. (q)

32. Similiter Coemeterium Ecclesiæ prædicta immunitate gaudet, juxta text. in cap. *fin. de Immunit. Eccles.* (r)

34. Similiter prædicta immunitas, nedum

concessa est ipsis Ecclesiis, verum etiam quadraginta passibus circum Ecclesiam matricem, (s) & triginta passibus circa reliquas Ecclesias inferiores; (t) quod tamen usque receptum non est, secundum Joann. Igneum (u) cujus opinioni consentiunt Covarruvias, (x) & Julius Clarus. (y)

35. Similiter prædicta immunitas concessa est Palatio Episcopi, (z) quòd procedit etiam si Palatium Episcopi sit extra quadraginta passus Ecclesiæ Matricis. (a) Nihilominus tamen opposita sententia, imò quòd Palatium Episcopi debeat esse intra quadraginta passus Ecclesiæ matricis, ad hoc ut gauderet immunitate, recepta est in praxi forensi, secundum omnes, teste Covarruvia. (b)

36. Similiter, confugiens ad Sacerdotem manibus portantem Sacram Eucharistiam prædicta immunitate gaudet: nam si illa concessa est templis propter honorem, & reverentiam debitam locis Divino cultui dicatis, à fortiori concessa erit Sacratissimo Dei Corpori. (c) 37. Quæ tamen opinio non procedit, quando captus in carceribus ad Eucharistiam, quæ ad eum ducitur, confugerit, vel quando Corpus Christi susceperit. (d)

38. Similiter, Ecclesia totaliter absque auctoritate Superioris destructa, quando esset spes reedificationis, eadem immunitate gaudet: quia tunc omnia privilegia retinet, secundum Glossam: (e) quòd tamen non procedit, quan-

(i) In cap. *Definitio* 17. quæst. 4. Felin. in cap. *De quarta*, de *Prescript.* Barbat. in cap. 1. de *Probat.* col. 23. Jass. in leg. *Plerique*, col. 3. ff. de *In jus voc.* Rod. Suar. in leg. 2. tit. *De los Gobiernos*, quæst. 5. & Remig. ubi supr. ampliat. 17.
(j) Ut probatur in cap. *Ad hæc*, de *Relig. dom.*
(k) Ut probat text. in dict. cap. *Ecclesie*, de *Immunit. Eccles.* & facit text. in leg. *Omnia privilegia*, Cod. de *Episcop. & Cleric.*
(l) In dict. cap. *Ecclesie*, col. 2. & Remig. ubi supr. ampliat. 1. n. 2. & ampliat. 2. & 3.
(m) Secundum Panorm. in dict. cap. *Ecclesie*, n. 7. idque verissimum esse censet Covarr. in dict. cap. 20. n. 4. in fin.
(n) Secundum Panorm. in cap. fin. n. 4. de *Conf.* & communitur omnes, secundum Jul. Clar. in dict. quæst. 30. n. 6. vers. Sed quid dicendum.
(o) Ut probat text. in Auth. de *Monach.* in prin. Col. lat. 1. & in cap. *Quidem* 18. quæst. 2.
(p) Ut probatur in dict. cap. *Ecclesie* in sui ratione.
(q) In cap. 1. verb. *Exempto*, de *Privileg.* lib. 6. & ita expressè resolvit Remig. ubi supr. ampliat. 3. n. 11.
(r) Et in cap. *Cam Ecclesie*, eodem tit. ubi gloss. verb. *coemeterio*, inquit, coemeterium gaudere eodem privilegio, quo Ecclesia, & idem probat text. in cap. *Quisquis* 17. quæst. 4. & facit text. in cap. *Utrius*, & in cap. *Is cui*, de *Sent. excom.* lib. 6. & ita cum pluribus DD. ab eo relatis resolvit Remig. ubi supr. ampliat. 4. n. 9. vers. His non obstantibus.
(s) Ut probatur in cap. *Sicut antiquitus* 17. quæst. 4.
(t) Ut probatur in cap. *Definitio*, & in cap. *Quisquis* 17. quæst. 4. & firmant Panorm. Henric. & omnes in cap. *Ecclesie*, de *Immunit. Ecclesiar.*
(u) In leg. 1. n. 58. ff. *Ad Sillan.*
(v) In dict. cap. 20. n. 5.
(w) In dict. quæst. 30. n. 2.
(x) Ut probat text. in cap. *Id constituimus* 17. quæst. 4. & firmant communiter omnes, secundum Barbat. in consil. 33. n. 7. lib. 4.
(y) Secundum gloss. 1. in dict. cap. *Id constituimus*, quam testatur communiter receptam Covarr. in dict. cap. 20. n. 5. in fin.
(z) In loco supr. proxime citato, & Jul. Clar. in dict. quæst. 30. n. 3.
(a) Argum. text. in Auth. *Multo magis*, Cod. de *Sacrof. Eccles.* & ita expressè firmat Archid. in cap. *Quasitum* 13. quæst. 2. & communiter omnes, secundum Ant. Gom. 3. tom. Variar. cap. 10. n. 1. Plazam lib. 1. Delictorum, cap. 34. n. 16. Menchac. lib. 3. de Testam. §. 22. n. 55. Remig. ubi supr. ampliat. 18. n. 3. & plures alios, quos refert Covar. in dict. cap. 20. n. 6. licet ipse de hac opinione dubitet: & sequitur Doct. Aceved. vir tam doctus, quam diligens in leg. 2. tit. 1. lib. 1. Recop.
(b) Ut omnes prædicti DD. sententur, approbantes gloss. in cap. *Quasitum* 13. quæst. 2.
(c) In cap. *Privilegium*, de *Reg. jur.* in 6. & in cap. *Et hoc diximus*, verb. *Destructa* 16. quæst. 7. & gloss. in cap. *Statutum*, de *Elect.* lib. 6.

